Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



xlvi

bat in tuae: Pater ergo illius egressus. cepit rogare illum. At ille
respondens. dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi. et numquam
mandatum tuum preterii. et numquam dedisti mihi hedum. ut cum am
icis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui deuorauit sub
stantiam suam cum meretricib' uenit. occidisti illi uitulum saginatum. At ille dixit illi. Fili tu semper mecum es. et omnia mea tua
sunt. Epulari autem et gaudere oportebat. quia frater tuus hic
mortuus fuerat et reuixit. perierat et inuentus est. OFF. Illu
mina oculos meos ne quando obdormiam in morte ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. SEC. Hus sacrificius domine concede placatus.
ut qui prius oramus absolui delictis. non grauemur exterminis. P. ad O. portet te fili gaudere quia frater tuus mortuus fuerat
et reuixit perierat et inuentus est. ad cpl. Sacramenti tui domine di
uina libatio penetralia nostri cordis infundat. et sui participatio potentiam efficiat. P. Sr pl. Familiam tuam quesumus domine con
tinua pietate custodi. ut que in sola spe gratie celestis innitu
tur. celesti etiam protectione muniatur. P. Dnica tua i. xl.ma.

Oculi mei semper ad dominum quia ipse euellet de
la queo pedes meos respice in me et miserere mei
quoniam unicus et pauper sum ego. V. Ad te domine leuaui
animam meam deus meus in te confido non erubescam. Quesumus omnipo
tens deus uota humilium respice. atque ad defensionem nostram dexte
ram tue maiestatis extende. P. Lec. e. b. p. a. ad efesios.
Fratres. Estote imitatores dei sicut filii karissimi. et ambulate
in dilectione. sicut et xpus dilexit nos. et tradidit se
metipsum pro nobis. oblationem et hostiam deo in odorem suau